

Dissertatio medica inauguralis de pleuritide ... / [Thomas Arnold].

Contributors

Arnold, Thomas, 1742-1816.

Publication/Creation

Edinburgi : Auld et Smellie, 1766.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/puxa9pax>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,

DE
PLEURITIDE:

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subicit

THOMAS ARNOLD,
ANGLO-BRITANNUS.

Ad diem 29 Novembris, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud AULD et SMELLIE Typographos.

M, DCC, LXVI.

For Doctor Palmer

from his humb. Serv^t

The Author.



PATRI SUO OPTIMO

GULIELMO ARNOLD,

CUJUS ERGA SE AMORI AC STUDIO

OMNIA DEBET;

ITEMQUE

AMICO SUO DILECTISSIMO

RICHARDO PULTENEY, M.D.

QUI SIBI DOCTRINÆ MEDICÆ

PRIMO RECLUDIT^s FONTES,

HAS SUAS STUDIORUM PRIMITIAS

DICATAS VOLUIT

THOMAS ARNOLD.

PATRI SUO OPTIMO

GUILIELMO ARNOLD

CUIUS ERGA SE AMORI AC STUDIO

OMNIA DEBET:

ITEMQUE

AMICO SUO DIRECTISSIMO

RICHARDO FULTENEY, M.D.

QUI SIBI DOCTRINAE MEDICAE

PRIMO RECLUBIT FONTE,

HAS SUAS STUDIORUM PRIMITIAS

DICATAS VOLUIT

THOMAS ARNOLD

DISSERTATIO MEDICA

DE

PLEURITIDE.

PRO O E M I U M.

CUM quid fit pleuritis, quid peripneumonia, non certo satis apud medicos constare videatur:—Cum ab HIPPOCRATIS fere temporibus ad hoc usque quo vivimus seculum, tantae agitatae sint lites de signis pleuritidis ac peripneumoniae propriis, et per quae a se invicem dignosci possint:—Cum denique hae lites adhuc etiam non satis dirimantur; quippe cum plurimi, iique ingenio, doctrina, artisque medicae peritia, viri non ignobiles, tam varias de hac re ineant sententias, ut eorum omnium placita vel si breviter hic percurrerem, et ipse operam perderem, utpote qui haec postea, si quando opus fuerit, memoraturus sum; et legentibus, quibus ad rem festinare potius cupientibus nimis longus viderer, taedio essem:—Quando, inquam, ita se res habeat, operae facturus sum fortasse pretium, si de pleuritidis in thorace sede, ejusque

a peripneumonia discrimine, in me scribere fuscipiam. Arduum profecto negotium! multifque non facile exsuperandis impeditum: Quae si expediero, felicem me putabo: Sin minus votis responderit eventus, mihi condonatum iri ab omnibus spero, qui et rei ipsius naturam perspexerint, et quot quantique viri in ea enodanda frustra elaborârunt, secum reputaverint. Hisce vero tractatis, enumerare deinde praecipua pergam, quae ad hunc morbum vel cognoscendum vel rite curandum pertineant.

CUM de his igitur aliquid hoc tempore scribere statuerim, non erit a proposito alienum, si antequam de pleuritide speciatim differam, signa quae pleuritidem et peripneumoniam in genere manifestent brevi descriptione complectar. Et quoniam hos duos morbos, nullo facto discrimine, generali aliquando nomine includat HOFFMANNUS, et febrem appellet pneumonicam; hisce autem morbis laborantes, pneumonicos; hoc libet usurpare nomen, quo minus circuitiois obscuritatisve habeat nostra oratio.

Febris

Febris pneumonicae generalis descriptio.

INCIPIT plerumque febris pneumonica a frigore atque horrore; quæ deinde excipiunt calor, sitis, appetitus prostratus, caeteraque febrem vel indicantia vel comitantia (*a*). Ad haec se adjungit aliquando dolor acutus, pungens, et lancinans (*b*), ut dicitur, qui aliis pectoris interioris partibus aliàs haeret (*c*), et variis morbi temporibus apparet (*d*). Modo enim latus obsidet dextrum, modo finiftrum; modo puncto quasi affixus haeret, idque vel in medio latere, vel ad collum claviculaeque, vel ad spinam atque scapulas, vel ad anteriora pectoris sub sterno, vel ad costas spurias, et ad lumborum fere vertebrae: Modo latius serpit iste dolor, et per totum latus, immo etiam per totum pectus, nonnunquam se expandit. Neque tamen semper videtur pectoris parietes occupare; aliquando enim profundior sentitur, adeo ut intima pectoris, cor, scilicet, pericardium, ac mediastinum, tenere videatur.

Quod

(*a*) Boerhaave Aph. 883. Van Swiet. in loc. Lom. Med. obs. p. 121. Syden. oper. p. 261.

(*b*) "Pungens atque distendens dolor latus exercet." Lom. Obs. med. p. 121. "Dolor vehemens punctorius." Syd. oper. p. 262.

(*c*) Lomm. Med. obs. p. 121. Syd. oper. p. 262.

(*d*) Van Swiet, in Boerh. Aph. 883. Syd. op. p. 262.

Quod ad vehementiam quoque, variis aegris multum variat dolor: quibusdam enim adeo mitis est, ut non valde impediatur spirandi officium; aliis vero adeo immaniter faevit, ut vix prae dolore spiritum ducere queant (*e*). Neque vero quidem individuus est febris pneumonicae comes dolor iste pungens atque lancinans; nam saepissime adest dolor solummodo gravans, ut dicitur, atque obtusus (*f*): immo vero non semper ullus omnino dolor adest; sed, quod nec minus molestum, de praecordiorum totiusque pectoris gravitate aeger non raro conqueritur (*g*); quae magno quasi pondere comprimi, vique insuperabili ligari atque coarctari videntur, adeo ut non nisi magno molimine spiritum paucum, votisque minime respondentem, ducere possit. Quod ad tempus vero attinet, quo aegrum aggreditur dolor, magnopere variat: quosdam enim citius, alios vero ferius adoritur. Nam aliquando statim post febrem, vel cum ea simul se ostendit: nonnunquam autem non nisi prima alterave die elapsa oritur (*h*): sed et neque hoc neque illud semper accidit; febrem namque ipsam aliquando praecire videtur.

CUBAT

(*e*) Boerh. Aph. 883.(*f*) Lomm. Med. obs.

p. 135.

(*g*) Ibid. p. 133.(*h*) Van Swiet. in

Boerh. Aph. 883.

CUBAT interea aeger, prout varie se habeat, vel in latus dolens, vel in sanum: interdum etiam in neutrum latus cubare potest, sed solummodo in dorsum (*i*). Saepe vero, valde incremente morbo, tanta est spiritus difficultas, ut aegrum neque in hoc neque in illud latus, neque porro in dorsum, jacere sinat, sed erecto corpore sedere cogat, et elevatis humeris aegre cum sibilo spiritum ducere (*k*).

ARTERiarum ictus vario se habent modo. Quibusdam aegris sunt frequentes, duri, tensi, et quasi ferrae dentes digitum rodentes, neque ita tamen magni: aliis vero pleni et fortes, sed molles tamen atque undarum ritu fluentes: neque defunt quibus arteriarum pulsus sunt inaequales ac etiam intermittentes (*l*).

TUSSIS quoque accedit (*m*), eaque plerumque molestissima; quae cum dolore vel pectoris gravitate incipiens, molesta saepe non definit esse aegro, etiam cum febris, aliaque ferre omnia hunc morbum comitantia mala abierint; neque aliquando, nisi longo post tempore, penitus sedatur. Tussis autem haecce adeo
adauget

(*i*) Lomm. Obs. med. p. 134.

(*k*) Vid. Morgagni de sed. et caus. morb. epist. 20, et 21. passim.

(*l*) Lomm. Obs. med. p. 121. et 134. Pison. de morb. cogn. et curand. lib. 2. cap. 7. vol. 1. p. 353.

(*m*) Lomm. Med. obs. p. 121.

adaugēt lateris dolorem, ut aeger ne tuffire quidem audeat, fed “ ſpiritum ſubinde reprimat, ut prima tuffiendi molimina coerceat (*n*).”

HAEC quidem primo, ut plurimum, ficca eſt atque inanis (*o*); et cum nulla per eam educta ſit materia, non ſolum nihil levaminis, fed et etiam multum adfert aegro moleſtiae. Fere ſemper vero, ingraveſcente morbo, ſerius ocius ſputum ex imo pectore per os ejicitur (*p*); idque vario modo: Primo quidem tantum exſpuitur ſerum tenue, pituitofave materia; quae deinde craſſior devenit, alba, vel flava, et ſaeppiſſime ſanguine tineta; ut et aliquando ſincerus fere exſpuitur ſanguis: neque deſunt nonnunquam ſputa fuſca, viridiora, fanioſa, et etiam nigra. Melius vero procedente morbo, et ad ἀκμὴν proſecto, ſputa prodeunt alba, levia, aequalia (*q*), quae facile ac copioſe ejiciuntur, et magno ſunt aegro levamini (*r*).

NEC tamen ſemper id accidit, ut hoc morbo laborantes ſputum ejiciant: Quibuſdam enim nihil ſputi per totum morbi decurſum prodit; quod

(*n*) Syd. oper. p. 262.

(*o*) Lomm. Med. obſ.

p. 121.

(*p*) Id. Ibid.

(*q*) Ibid. p. 122.

(*r*) De ſputorum generibus, vid. Lomm. Med. obſ. p. 121. 122. 123. &c. Piſon. de cōgnoſc. et curand. morb. lib. 2. c. 8. &c. Syd. oper. p. 262. aliorumque medicorum ſcripta.

quod pro infausto omine plerumque habetur (s); nihilominus tamen plurimi, qui nihil omnino exspuunt, evadunt incolumes (t).

FEBRIS autem quo magis minusve urgeat, eo plures vel pauciores sibi adsciscit comites; capitis scilicet dolorem, malarum oculorumque ruborem, vigiliis, delirium, vel alia plura.

Cadaverum Sectiones.

HISCE igitur quae omnium se oculis videntur praebent jam narratis, nunc quaerendum est quae sint ista abdita corporis interioris vitia unde haec omnia proveniant mala. Pectore vero hoc morbo mortuorum aperto, plurima inveniuntur minime sana; quorum praecipua haec sunt:

PRIMO quidem pleura inspecta, hoc fere modo se habet. Vel illaesa est omnino ac sana, atque a pulmonibus prorsus soluta; vel rubra et inflammata, pulmonibus concreta, aliove modo varie affecta (u). Quod ad inflammationem attinet; vel levis est solummodo, neque late serpit; vel intensior atque gravior, sedemque

(s) Lomm. Med. obs. p. 126. (t) De Haen Rat. medend. tom. 1. c. 2. p. 12.

(u) Morgagni de sed. et caus. morb. epist. 20. et 21. passim.

fedemque occupat latiore: Pleurae autem variis inhaeret partibus; vel enim in medio fedet latere, vel sub mamma claviculae, vel sub scapula, vel ad spinam usque dorfi; vel ad interiora pectoris circa sternum, vel ad imum latus dorsumve sub costis spuris (*x*). Interdum etiam pleurae costas succingentis totum occupat ambitum (*y*). Nonnunquam abscessus hic reperiuntur, testibus RIOLANO (*z*), DIEMERBROECK (*a*), aliisque. Saepe praeterea invenitur pleura valde crassa atque densa, colorisque subalbidi, fusci, vel nigri (*b*); invenitur etiam quasi semicorrupta, adeo ut levi digitorum attritu facile laceretur, ac gangraena jam correpta videatur (*c*).

SAEPE quoque pleuram alia praeterea membranula, quasi pseudo-tunica, videmus obductam: quae membranula, vel omnino densa, firma, et robusta est, vel mollioris laxiorisque compagis, vel mucosa tantum; eaque vel totae pleurae, vel quibusdam solummodo ejus partibus, superimposita, nonnunquam reticulata est; plerumque tamen integra (*d*). Haecce membranula pleurae saepe speciem praebet: et corrupta;

(*x*) Id. ibid. passim. (*y*) Id. epist. 21. § 33.
 et alibi. (*z*) Anthropolog. lib. 3. c. 5. (*a*) Anat.
 lib. 3. cap. 13. (*b*) Id. epist. 20. et 21. passim.
 (*c*) Id. epist. 21. § 36. et alibi. (*d*) Id. epist.
 20. et 21. passim.

corrupta, pleuræ corruptionem mentitur (*e*):
caute tamen abrafa, non raro fana atque illaefa
pleura deprehensa est (*f*).

SAEPISSIME etiam pulmonibus connexa est
pleura atque concreta. Quæ quidem connexio
duplex est: aliquando enim intercedente cal-
lo (*g*), ut videtur, efficitur: non raro vero sunt
vinculo membranulae illae de quibus jam supra
dictum est (*h*). Adhaefionibus hifce folutis,
pleura, qua pulmones ei colligati erant, illaefa
omnino faepe deprehenditur (*i*): nonnunquam
inflammata (*k*); vel aspera hic illic, rubrifque
quafi tuberculis inaequalis (*l*), aliifve quibusvis
supra narratis affecta (*m*).

HAEC vero omnia mala patitur quidem pleu-
ra, non modo qua costas fuccingit, verum et
per totum ejus ambitum; five mediaftinum
efficiat, five fepto tranfverfo superinducta fit,
five pericardio, five ipsis pulmonibus. Partes
quoque proxime jacentes malorum fibi comi-
tes faepe affociat; mufculos, fcilicet, interco-
ftales, fepti tranfverfi mufculos, atque ipfum
porro costarum periofteum (*n*).

B

IN

(*e*) Id. epift. 20. § 56. et alibi faepe.

(*f*) Id. epift. 20 et 21. paffim. (g) Morgagni
de fed. et cauf. morb. epift. 20 § 11 16.

(*h*) Id. epift. 20. et 21. paffim.

(*i*) Id. ib. paffim. (*k*) Id. epift. 20. § 56. et alibi
paffim. (*l*) Id. epift. 21. § 27. § 35. et alibi paffim.

(*m*) Id. epift. 20. et 21. paffim. (*n*) Id. ib. paffim.

IN thoracis autem inter pleuram pulmonefque cavo nihil interdum invenimus a fano corpore alienum: interdum vero plus minufve humoris, qui in variis cadaveribus varie fe habet; utpote qui fit vel limpidus (*o*) vel turbidus (*p*); ifque posterior deinde vel albus (*q*), ferique vaccini fimilis (*r*), vel fubluteus (*s*), flavus (*t*), ex flavo viridescens (*u*), fufcus (*x*), purulentus (*y*), cinereus (*z*), cruentus (*a*), faniofus (*b*), nigricanfve (*c*); denique vel foetidus (*d*) eft ifte humor, nullove foetore imbutus (*e*), Humor autem hicce, in vas collectus atque feppofitus, teftibus VALSALVA et MORGAGNO, “ non aliter,” plerumque, “ ac fanguis concretam “ rubram partem a ferofa feperatam oftendit, “ concretam in fuo medio fubftantiam gelatinae “ inftar, fecretam a reliquo fero exhibuit. “ Hoc quoque igni impofitum, eodem “ modo quo fanguinis ferum concrevit (*f*)”. Vel fi primum id non accidit, attamen “ igni impofitus,” faltem, humor ifte “ fan-
“ guinei

(*o*) Id. epift. 20. § 32. et alibi.

(*p*) Id. epift. 20. § 2. Epift. 21. § 24. 30. 34. 36.

(*q*) Id. epift. 20. § 7. (*r*) Id. epift. 20. § 39. 47.

(*s*) Id. epift. 21. § 24. (*t*) Id. epift. 21. § 30. 34.

(*u*) Id. epift. 21. § 17. (*x*) Id. epift. 20. § 45.

(*y*) Id. epift. 20. § 56. (*z*) Id. epift. 21. § 32.

(*a*) Id. epift. 20. § 3. (*b*) Id. epift. 21. § 36.

(*c*) Id. epift. 21. § 3. (*d*) Id. epift. 21. § 32.

(*e*) Id. epift. 20. et 21. (*f*) Id. epift. 20. § 32.

“ guinei instar feri concrevit (*g*).” Nonnunquam etiam, in humore isto in thoracis cavo adhuc stagnante, “ concretiones” quaedam inveniuntur, “ quales in imo dolio per “ vinum natate solent (*b*).” Unde verosimile videtur, tunicas vel membranulas istas supra memoratas, quibus pleura pulmonefque saepe obducuntur, saepe quoque inter se mutuo colligantur, a fero ex vasis pleurae pulmonumque exhalantibus, vi doloris, angoris, et sanguinis morbi indole ac saevitia ad pectus delati, stillante, esse affectas: vel si id minime sit verum, ab hoc fero jam in pectus effuso (*i*).

PULMONES quidem sani omnino inveniuntur nonnunquam: saepius autem vario modo pleciuntur. Sunt enim duri (*k*), ut plurimum, rubri atque inflammati (*l*), neque raro valde tumidi, adeo ut, aperto jam thorace, totum ejus cavum saepe impleant (*m*); ad haec, lividi (*n*) interdum, fusci (*o*), vel ad subviridem colorem vergentes (*p*); saepe quoque nigri (*q*), nigrifve

(*g*) Id. epist. 20. § 47. (*b*) Id. epist. 21. § 34.

(*i*) Vid. Van Doeveren specimen. observ. acad. c. 4.

§ 4. Morg. de fed. &c. epist. 20. § 37. 59. et alibi.

(*k*) Morgagni de fed. et caus. morb. epist. 20. § 3. 9.

13. 45. 51. epist. 21. § 4. (*l*) Id. epist. 20. et 21.

(*m*) Id. epist. 20. § 3. 5. 51. (*n*) Id. epist. 21. § 32.

(*o*) Id. epist. 20. § 41. (*p*) Id. epist. 20. § 45.

(*q*) Id. epist. 20. § 13. epist. 21. § 4. 35.

nigrisve maculis conspersi (*r*): sunt praeterea abscessibus non raro obfiti (*s*), vel quasi ulceribus (*t*); materia sunt etiam aliquando purulenta (*u*) vel faniosa (*x*) madidi. Horum autem vitiorum plura vel pauciora simul pulmones inficiunt; idque vel ex toto, vel ex parte solummodo.

PULMONIBUS sectis, duri tantum, et hepatis cocti (*y*) vel solidioris carnis (*z*) substantiam referentes, nonnunquam reperiuntur. Praeterea etiam “minimi hic illic” aliquando “abscessus intus sunt ubique deprehensi, materiam faniosam continentem (*a*).” Magni quoque abscessus (*b*), et quasi sinus (*c*), per ejus substantiam longe lateque penetrantes inveniuntur interdum; quibus incisus, pus effluit (*d*), vel fanies (*e*), vel serum colore fusco imbutum (*f*), vel similia. Aliquando etiam pulmonibus sectis, etsi nulli adesse videantur abscessus, serosa tamen ac putrida colluvies cum misto sanguine erumpit (*g*). “Pus” etiam nonnunquam,

(*r*) Id. epist. 20. § 7. 45. 49.

(*s*) Id. epist. 20. § 9. 11. 41. 61.

(*t*) Id. epist. 20. § 5. 43. (*u*) Id. epist. 20. et 21.

(*x*) Id. epist. 20. et 21. (*y*) Id. epist. 21. § 2. 17.

23. 28. 32. 33. 40. (*z*) Id. epist. 20. § 21. 22. 49.

(*a*) Id. epist. 20. § 2.

(*b*) Id. epist. 20. § 11. 61. (*c*) Id. epist. 21. § 32.

(*d*) Id. epist. 20. § 61. epist. 20. § 32. (*e*) Id. epist.

20. § 11. (*f*) Id. epist. 20. § 41. (*g*) Id. § 45.

nonnunquam, “certe puris non abfimilem materiam, simul cum spumoso humore effluit (*b*).” Neque quidem semper non invenitur pulmo caetera ferme sanus, fulvo tamen, aliove pravo humore, quacunque incidatur imbutus (*i*). “In quibusdam etiam tractibus, substantia” est aliquando “albida, et quasi ad corruptelam vergente (*k*).” Neque rarissime ita accidit, ut pus intus ostendat pulmo tale omnino, quale per tussim ejecerat aeger (*l*).

DENIQUE pulmonibus abscissis, in aspera arteria et bronchiorum ramulis reperitur nonnunquam ejusmodi materia ac per tussim, vivo adhuc aegro, ejecta erat (*m*). Adeo vero graves ac ponderosi sunt saepe pulmones, ut in aquam projecti fundum continuo petant (*n*).

EXSECTIS jam pulmonibus atque ablatis, pericardium non raro sanum invenitur; interdum vero omnia exhibet mala, quae de pleura supra memorantur. Serum quoque continet ejus cavum vel nullum, vel paucum, vel multum: idque,

(*b*) Id. epist. 21. § 17.

(*i*) Id. epist. 21. § 23.

(*k*) Id. epist. 21. § 23.

(*l*) Id. epist. 21. § 31.

(*m*) Morgani de sed. et caus. morbor. epist. 21. § 34.

(*n*) Halleri opuscul. pathol. obs. 14. hist. 1. 2. et 3.

Morgagni de sed. et caus. morb. epist. 21. § 40. Hoffmanni Med. rat. syst. tom. 4. par. 1. sect. 2. c. 6. Thes. pathol. § 12. Eiusdem dissert. de pleur. et peripneum. § 12. operum supplem. tom. 1. p. 801.

idque, quoad speciem, varium, sicut fere in cavo thoracis cernitur (o).

PRAETEREA, cor ipsum non semper evadit incolume. Iisdem enim membranulis ac pleura, pulmonum membrana externa, pericardium extrinsecus et intrinsecus, hoc quoque obtectum videmus. Neque semper id solum est vitii: nam et inflammatum, et pure scatens interdum reperitur; dilatatum quoque ac mole auctum aliquando, vel ex toto vel ex parte; praecipue autem ventriculus dexter, cum auricula ejus dextra, huic vitio est obnoxius (p).

IN cordis praeterea ventriculis auriculisque semper fere inveniuntur concretiones polyposae: eaeque majores plerumque in dextris quam in sinistris. Sanguis quoque ut plurimum totus coagulatus atque concretus, vel grumofus ac vix fluidus: saepissime etiam atro, vel ad nigrum vergente, imbutus colore: atque hoc denique saepius in dextris, majorique copia, quam in sinistris (q). Neque hoc sanguinis vitium cordi proprium: sanguis enim densus, ater, ac vix fluidus in vasis quoque nonnunquam deprehenditur (r); immo non defunt exempla ubi pene totus concretus fuit (s).

DIAGNOSIS.

(o) Morgagni de sed. et caus. morb. epist. 20. et 21.

(p) Id. ib. passim. (q) Id. ib. passim.

(r) Id. epist. 20. § 16. epist. 21. § 19.

(s) Id. epist. 20. § 11. 41.

D I A G N O S I S.

HISCE de febribus pneumonicis in genere praemissis, nunc restat ut inquiremus de ista harum febrium specie, quam omnes ferme statuunt de medicina scriptores; a Graecis *πλευριτικός νόσος* appellata, a Latinis vero *morbus lateralis*. Atque haec quidem triplex est quaestio: Inquirendum est enim, primo, An unquam in febribus pneumonicis sit pleura magnopere laesa, sine ullo, vel sine magno saltem, pulmonum vitio? Deinde, Si id tandem accidere interdum compertum sit, an hoc pleurae vitium signa quaedam prodat, quae inter se ac pulmonum inflammationem, quam *περιπνευμονίαν* Graeci vocant, satis conspicuum ac luculentum praebent discrimen? Eo denique posito, quod hi morbi satis manifeste a se invicem dignosci queant, An, porro, hoc discrimen ullam medicis utilitatem afferre possit?

An unquam sit pleura sola inflammata? &c.

QUOD autem in hujusmodi febribus pleura nonnunquam sola sit affecta, certiores nos facit peritissimus anatomicus DIEMERBROECK, quem in errorem de hac re lapsum esse non verosimile videtur; utpote qui anatomen sum-

ma cum auctoritate publice docuit; et cum quotidie fere in cadaverum sectionibus esset versatus, omnia quae in corpore humano secundum naturam occurrunt eum probe novisse credibile est. Sed et praeterea multa cadavera et peripneumonicorum et pleuriticorum se incidisse affirmat; ideoque ex incuria eum errasse, nequaquam probabile videtur. Sed quid ipse dicat audiamus.

——“PROSECUI,” inquit, “cadaver mulieris pleuritide interemptae, qua primis 14 diebus acutissime afflicta fuerat: postea vero inflammatione ad suppurationem deveniente, morbus per aliquot dies mitior visus; sed tandem morte finitus est. Invenimus pulmonem a pleura omnino liberum, et in dextro latere totam pleuram, ab axillis usque ad diaphragma, inflammata: Abscessum vero disruptum fuisse ad quintam et sextam costam, quae duae costae digitorum latitudine, per ruptionem abscessus, omnino erant a pleura liberatae; et pus in thoracis capacitatem mediocri quantitate effluxerat: Pulmo autem prorsus nulla inflammatione, aliave prava affectione, laesus inveniebatur (t).”

DEINDE, “Plane similem,” inquit, “casum etiam demonstravi in pleuritico extincto, qui media aestate in foeno colligendo occupatus,
“ et

(t) Diemberbroeck Anatom. lib. 2. cap. 13.

“ et valde sudans, cerevisiam frigidam magno
 “ haustu biberat, sicque illico morbum, et
 “ paulo post mortem, contraxerat; in quo e-
 “ tiam tota pleura unius lateris inflammata
 “ reperiēbatur, pulmone prorsus illaeso (u).”

“ Ex his liquet, minime verum esse quod
 “ scribit REGIUS,—In omni pleuritide exte-
 “ rioris partis pulmonis inflammationem etiam
 “ adesse, idque omnium pleuritide extincto-
 “ rum corporum sectiones docere, in quibus
 “ semper pulmones affecti inveniuntur, pleura
 “ saepe integra: credo cl. virum ex praecon-
 “ cepta opinione haec docere; nam ut certum
 “ duco eum pleuriticorum sectiones nunquam
 “ fecisse, ita etiam verosimile existimo, illum
 “ easdem ab aliis institutas vel nunquam vel
 “ rarissime vidisse: Nam autopsia omnino con-
 “ trarium docet, ut ex multa pleuriticorum ex-
 “ tinctorum sectione, quam in studiosorum me-
 “ dicinae gratiam privatim institui, abunde
 “ liquet: Nunquam enim pleuritidem illaesa
 “ pleura factam invenimus, sed in quibus pul-
 “ mo pleurae affixus adhaerebat, in iis pulmo-
 “ nem, qua parte pleurae adnectebatur, simul
 “ etiam affectum vidimus: In aliis vero, qui-
 “ bus pulmo liber a pleura erat, eum nihil af-
 “ fectum fuisse: hacque in parte oculis nostris

C

“ magis

“ magis confidimus quam dictis aliorum qui
 “ forte nil tale viderunt (x).”

PLATERUS quoque ipse, qui eandem fere ac
 REGIUS statuit sententiam, agnoscit pleuram
 quandoque solam inflammari. Solummodo
 negat talem pleuritidem inde fieri, in qua
 cruenta et purulenta exspuuntur (y).

ALII quoque plurimi, inter quos HARDE-
 RUS (z) et RIVERIUS (a), hoc ipsum affirmant,
 pleuram solam inflammatione affici in cadave-
 ribus a pleuritide mortuorum quae ipsis inci-
 dere contigit. Sed, ut caetera praetereamus,
 unius libet afferre testimonium, quod multum
 valere debet: quippe cum medici sit de cujus
 anatomes peritia in dubio venire non potest;
 celeberrimi, scilicet, in hac academia anatomes
 nuper Praelectoris Filii DONALD MONRO:
 cujus verba haec sunt.

“ SOME late authors seem to look upon the
 “ pleurisy and peripneumony as the same disorder:
 “ however tho’ it be true, that when the
 “ pleura is inflamed, the surface of the con-
 “ tiguous lungs is generally in the same state;
 “ and that, when the lungs are inflamed, the
 “ pleura is often affected; yet as I have fre-
 “ quently

(x) Id. ib. (y) Sennerti oper. tom. 3. p. 319.
 quaest. 2. (z) Apian. Observat. 53. (a) Oper.
 p. 248. col. 2.

“quently seen the true peripneumony with-
 “out that sharp pain of the side which cha-
 “racterises the pleurisy; and upon opening
 “the bodies of people who have died of the
 “peripneumony, have found the lungs vio-
 “lently inflamed and livid, and so filled with
 “blood as to sink in water, without the pleu-
 “ra being much diseased; and upon opening
 “the thorax of others who died of the pleu-
 “risy, have found the intercostal muscles and
 “pleura violently inflamed with livid spots,
 “and only a small portion of the surface of
 “the contiguous lungs affected, I cannot help
 “still looking upon them as distinct disor-
 “ders; though they require nearly the same
 “treatment, and are often complicated toge-
 “ther (c).”

HISCE omnibus perpenfis, fatis constare vi-
 detur, pleuram nonnunquam solummodo esse
 vitiatam, nullo pulmonum vitio comitante;
 neque tamen pleuritidis signa, quae vulgo
 aestimantur, abesse: ideoque hunc morbum
 pleurae interdum haerere soli. Quod autem
 PETRUS SERVIUS (d) in trecentis pneumoni-
 corum quae dissecut cadaveribus; quod VAL-
 SALVA et MORGAGNI in plurimis, quorum non
 pauca erant, eorum qui pleuritide, ut ex morbi
 indiciis conclusum est, mortui sunt, nulla in-
 veniebant

(c) Monro on military diseases, p. 123. note (a).

(d) Hoff. Diff. de pleur. § 9. Op suppl. tom. 1. p. 800.

veniebant in quibus pleura sola erat inflammata; multa vero quae pulmones ostenderunt valde laesos sine ulla pleurae labe; nihil mirum videbitur, si in mentem veniat neminem fere pleuriticum mori, nisi prius peripneumonia supervenerit. Quod quidem ad secundam propositi nostri ducit quaestionem.

An hoc pleurae vitium signa quaedam prodat quae inter se ac pulmonum inflammationem, quae peripneumonia nuncupatur, satis luculentum praebeant discrimen?

Hoc jam posito, pleuram nonnunquam solam in hoc morbo affici, partem vero affectam valde dolere; rationi consentaneum est, cum spiritum ducere nequit aeger nisi haec membrana saepe distendatur agiteturque, spiritus esse semper in hoc morbo difficultatem, quia dolorem spirando augeri necesse est: Hanc igitur spiritus difficultatem majorem minoremve esse, prout lateris inflammatio ac dolor saevius urgeant vel mitius. Spiritus enim cohiberi videtur, non quia ducere non potest aeger, sed quia prae dolore non audet. Cum vero praeter pleuram pulmones etiam inflammati sint, si levis sit adeo inflammatio ut externam eorum faciem solam afficiat, neque eos dilatari, nisi quoad doloris sensum excitet, prohibeat;

prohibeat; etiam hunc quidem morbum peripneumoniam vocari non debere videtur, quia ejusmodi spirandi difficultatem solummodo habet ac pleurae folius inflammatio. Sin autem spiritus hauriri nequit sine magno molimine, cum dolor nullus, vel levissimus saltem, adsit, tunc peripneumonia laborare aegrum verosimile est; plenamque ac liberam spirationem perficere non posse, quia pulmones ita sint sanguine infarcti ac distenti ut jam aegre dilatari queant.

NEQUE vero hoc pleuritidis a peripneumonia discrimen ut merum opinionis commentum aestimari debet. Non solum enim ratione, sed experientia etiam comprobatum esse videtur. Neque peritissimos medicos hoc pleuritidis proprium indicium omnino latuit; quanquam illud solum ad morbum semper dignoscendum sufficere non satis fortasse animadverterunt. Inter plurima scriptorum de hac re testimonia, pauca proferam. BOERHAAVIUS, in hujusce morbi historia, "Respirationem coactam" esse dicit, "et prae sensu doloris suffocatam (*d*)."
Postea vero addit, "Hinc liquet cur thoracis per fasciam adfrictio adeo dolorem levet, ut morbum tolerabilem

(*d*) Aph. 883, Vid. etiam aph. 905,

“bilem reddat (*e*).” Eadem fere passim habet
 VAN SWIETEN: “Dum autem ille dolor ad-
 “est,” inquit, “respiratio valde laeditur: de-
 “bent enim in inspiratione costae a se mutuo
 “diduci, adeoque inflammatae illae partes
 “distrahuntur cum summo doloris augmento.
 “Ob hanc causam miseri aegri vix inspi-
 “rant (*f*).” Alio etiam in loco haec dicit:
 “Laterum dolores, ut pleuritici vocari possint,
 “fatis acuti et punctorii esse debent, inspira-
 “tionem prohibentes (*g*).”

SYDENHAMUS quoque de hac spirandi prae
 dolore difficultate meminit: “Tanta,” enim
 inquit, “aliquando reperitur inflammatio, ut
 “pectus ne ad spatium quidem respirationi
 “debitum sine exquisitissimo dolore queat ex-
 “pandi (*b*).”

“RESPIRATIO,” inquit SENNERTUS, est
 “difficilis, frequens, parva, quia ob inflamma-
 “tionem et dolorem instrumenta respirandi
 “fatis distendi nequeunt (*i*),” &c.

“RESPIRATIO,” ait HOFFMANNUS, est “val-
 “de difficilis, anxiosa, et dolorosa (*k*).”

(*e*) Aph. 906. Vid. Van Swieten, in loc. et etiam in
 Boerh. Aph. 875.

(*f*) In Aph. 883. vol. 3. p. 19. sub fin.

(*g*) Vol. 2. p. 587. Vide etiam vol. 3. p. 5. ad
 Boerh. aph. 877. Item p. 7. et 8. lb.

(*b*) Syd. op. p. 263. (*i*) Sennert. oper. tom. 3.
 p. 312. col. 2. (*k*) Differt. de pleur. et perip. § 2.

Operum suppl. tom. 1. p. 797.

HIS calculum adjicit LIEUTAUD, cujus haec sunt verba: “ La respiration,” inquit, “ est très-gênée et entre-coupée par la véhémence de la douleur (l).”

MAXIME quoque ad rem pertinet NICOLAI PISONIS, quod sequitur, testimonium: “ Difficilis,” inquit, “ spiratio lateralem morbum sequitur, ut alios qui partes ad thoracem attingentes molestant: Sed in laterali volentes magnitudinem inspirationis cohibemus, quoniam per magnas inspirationes fit ut comprimatur pars laborans, et vehementius doleat. Sic thorax libere dilatari non potest (m).”

HIS omnibus adductus sum ut pleuritidem esse definiam, “ Febrem cum pectoris dolore, et respiratione prae sensu doloris difficili:” Peripneumoniam vero, “ Febrem, cum tanta pectoris gravitate ac pondere ut aeger non nisi magno molimine, nulloque modo plene ac perfecte, spiritum ducere potest.”

NUNC vero ad tertiam quaestionem pergendum est.

An

(l) *Precis de la médecine pratique*, p. 236.

(m) *Piso de cogn. et curand. lib. 2. c. 7.*

An hoc pleuritidis ac peripneumoniae distinctio ullam medicis utilitatem adferre possit?

HUIC autem discrimini utilitatem non deesse satis apparebit, si ad hoc animadvertetur, quod a plerisque medicis statutum fit, eo plus periculi habere hosce morbos, quo plus vitii in pulmonibus haereat: et quod in pleuritide a nobis constituta multo minus laedantur pulmones quam in peripneumonia. Cum in priori morbo pulmones vel omnino incolumes evadunt, vel in externa solum facie vitiantur; in posteriori vero tantopere afficiuntur ut toti saepe duri tumidique post mortem inventi sint, totumque thoracis cavum impleant. Quanquam enim pleuritidis ac peripneumoniae curatio non multum discrepat; nihilominus tamen, si ratio horum morborum quam dedimus vera sit, signaque per quae a se invicem dignosci eos diximus certa sint, constantia, ac minime fallacia; non parvi momenti erit hoc discrimen ad morbi periculum quadantenus indicandum. Atque hic quidem adnotare libet, cum ita se res habeat ut pleuritici multo minori sint in periculo quam peripneumonici, et praesertim cum pleuritis omnino fere non jugulet aegrum nisi prius peripneumonia supervenerit, ut istud omittam quod Romae magis

gis sint fortasse posteriori illi morbo quam priori obnoxii, mirandum non esse unumquodque fere a SERVIO, VALSALVA, vel MORGAGNO dissectum cadaver pulmones valde laesos exhibuisse.

Inter alios quosdam morbos ac pleuritidem veram discrimen.

A discrimine vero inter pleuritidem ac peripneumoniam facto, nunc transitus ad verae spuriaeque pleuritidis differentiam : deinde ad alios morbos, qui signorum quorundam communionem aliquam habeant, a pleuritide vera dignoscendos.

IN pleuritide notha, omnia sunt plerumque mitiora ac in vera (*n*) : non adeo acuta est febris (*o*) ; neque semper adeo saevus dolor (*p*) ; unde et spirandi officium minus impeditum (*q*).

D Ad

(*n*) Lomm. Obs. Med. p. 132. Pison. de cog. et cur. morb. lib. 2. cap. 7. tom. 1. p. 354.

(*o*) Sennerti op. vol. 3. p. 313. col. 1. Hoffm. Med. rat. syst. tom. 4. p. 1. § 2. cap. 6. Operum, tom. 2. p. 137. Ejusd. diff. de pleur. et peripn. § 2. Oper. supplem. tom. 1. p. 797. et alibi. Pison. de morb. cogn. et cur. lib. 2. cap. 7. tom. 1. p. 355.

(*p*) Sennerti oper. vol. 3. p. 313. col. 1.

(*q*) Hoffmanni Med. rat. syst. p. 1. § 2. cap. 6. Op. tom. 2. p. 137. Ejusdem diff. de pleur. et peripn. § 2. Op. supplem. tom. 1. p. 797. &c. Pison. de morb. cogn. et cur. lib. 2. cap. 7. tom. 1. p. 355.

Ad haec vero, dolor externa compressione in-
gravescit (*r*); neque finit aegrum in partem
affectam decumbere (*s*): Tumor quoque et ru-
bor extrinsecus interdum apparent (*t*).

MEDIASTINI inflammationem doloris sedes,
secundum HUXHAM aliosque, a pleuritide vera
distinguit. In hoc enim morbo dolorem acu-
tum inter sternum et spinam dorsi ab aegro
percipi aiunt (*u*). Huic autem aliud fortasse
signum adjici potest: nam cum hae partes
non adeo inter spirandum ac costae movean-
tur; non aequae ac in pleuritide vera atque
exquisita respirationem impeditum iri verosi-
mile est.

DOLOR vero acutus ardensque in medio fe-
re thorace, sed potius ad partem finistram ver-
gens, cordis palpitationes, animique deliquia,
vel syncope, pericardii cordisque, vel utriusque
simul inflammationem plerumque comitantur,
et a vera pleuritide distinguunt (*x*). Syncope
autem,

(*r*) Lom. Med. Obs. p. 132. Pison. de morb. cogn.
&c. lib. 2 c 7 p. 355. Sennert. op. tom. 3. p. 313.
col. 1. Huxam on Fevers, p. 243. Hoffm. Med. rat.
syst. tom 4. par. 1. § 2. c. 16 Oper. tom. 2. p. 137.

(*s*) Riverii op. p. 250. col. 1. Huxam on Fevers,
p. 243. Hoffm. Med. rat. syst. tom. 4. p. 1. § 2. c. 6.
Operum, tom. 2. p. 137.

(*t*) Huxam on Fevers, p. 243. (*u*) Huxham on

Fevers, p. 238. (*x*) Vid. Stork ann. Med. 2. ca-
dav. 2. p. 232. cadav. 14. p. 262. Boneti Sepulchret.
anatom. § 4.

autem, quanquam signum pericardii cordisque inflammationis a plerisque praebere existimatur certum ac proprium, vel, ut pathologi loquuntur, *διαγνωστικόν* vel *δηλωτικόν*, non semper tamen adest; ut certo constat ex historia pericardii cordisque inflammatione a VAN DOEVEREN conscripta (*y*).

A pleuritide vera differt paraphrenitis in eo quod dolor in imo pectore, inter cartilaginem ensiformem, costas spurias, ac imas dorsi vertebrae, sentitur; quod respiratio est convulsiva et singultosa, et immotis fere abdomine et septo transverso, thoracis folius motu perficitur; quod lateris dolentis hypochondrium sursum ac introrsum sub costas contrahitur; et quod singultu plerumque ac delirio aeger vexatur, risuque etiam nonnunquam, quem vocant, Sardonico (*z*). Haec vero signa non semper comitantur diaphragmatis inflammationem; quae saepe nulla praebet signa unde a pleuritide vel peripneumonia dignosci possit (*a*).

ATQUE hic annotandum videtur, hosce omnes pectoris morbos adeo saepe inter se colligatos esse atque implicitos, ut eorum nullius signa propria, ab aliis omnibus sejuncta atque discreta,

(*y*) Specim. Obs. Acad. cap. 4. p. 69—76.

(*z*) Vid. Boerh. Aph. 909. Van. Swiet. Comm. in loc. Huxham on Fevers, p. 240. (*a*) Morgagni de sed. et caus. morb. epist. 21. § 35. 36.

discreta, deprehendi possunt; atque inde fortasse tam varias esse ortas de horum morborum sedibus ac signis, praesertim vero pleuritidis ac peripneumoniae, sententias.

ALII sunt praeterea lateris dolores, ab HIPPOCRATE, GALENO, CELSO, CAELIO AURELIANO, PRISCIANO, LOMMIO, SENNERTO, HOFFMANNO, TRILLERO, HUXHAM, aliisque memorati, qui sub nostram pleuritidis definitionem non cadunt, utpote qui febris sint expertes; ideoque quam facillime ab ea dignoscendi.

AERA quoque in intestinis incarceratum, dolorem aliquando pectoris, ut videtur, et spiritus difficultatem inducere, pleuritidemque aemulari, plurimi medici testantur: a qua tamen facile distingui potest; quia dolor in imo thorace sentitur, et febre caret; et quia tumidum est abdomen, borborygmique ut plurimum audiuntur.

SI vermes in intestinis nidulantes, ob tussim, febrem, et lateris dolorem, quae inducunt nonnunquam, pleuritidem mentiantur; diligenter omnia intuenti vitium plerumque indicabunt venter distentus, excrementa ex alvo ejecta, caeteraque vermium in intestinis hospitantium signa (b).

HEPATIS

(b) Hoffmanni Med. rat. syst. tom. 3. Sect. 1. c. 7.

§ 53. Operum, tom. 1. p. 332.

HEPATIS praeterea inflammatio pleuritidis interdum similitudinem praebet; a quo tamen morbo, si totus signorum concursus sedulo observetur, quae quidem hic enumerare limites non sinunt, facile potest ut plurimum dignosci.

M O R B I C A U S Æ.

ATQUE nunc tandem ad causas pleuritidis tractandas perventum est. Morborum autem causae in praedisponentes, vel προηγμένας, occasionales, vel προκαταρκτικάς, causamque proximam, a pathologis dividuntur. Cum autem haec posterior multo arctius quam caeterae cum ipso morbo connectatur; quippe quae si dempta sit, morbum quoque ipsum cum ea una tolli necesse est; de hac prius differendum puto. Deinde vero causas pleuritidis προκαταρκτικάς, quia morbum cito, ac statim fere, excitant, praecipuas enumerare conabor. Hisce denique leviter percurfis, ea pleraque quae ad hunc morbum suscipiendum corpus disponunt, procliviusque reddunt, narrabo.

C A U S A P R O X I M A.

OMNES qui pleuritidem esse definiunt pleurae inflammationem, proximam hujus morbi causam hujusmodi statuere oportet: Causam, scilicet,

scilicet, pleuritidis ex omnium inflammationum generali causa, una cum eo corporis vaporumque partis ipsius ubi malum haeret statu, qui in hunc locum inflammationis vim dirigere necessario debet, constat esse.

Nos vero qui ex signis quae semper adsunt, omniumque non oscitanter intuentium oculis patent, morbi definitionem desumi debere existimantes, pleuritidem esse diximus, “Febrem cum pectoris dolore, et respiratione praesensu doloris difficili;” nos, inquam, si nobiscum ipsis in omnibus fatis congruere velimus, pro causa hujusce morbi proxima agnoscere debemus omne id unde pathemata haec, quae morbum designare arbitramur, originem proxime ducunt, quoque ablato, ea simul ipsa prorsus abeunt. Recte igitur nobis concludere videmur, si causam pleuritidis proximam, vel pleurae caeterarumque pectoris partium in hoc morbo affectarum inflammationem solam statuam; vel, si febrem ab inflammatione oriri non concedatur, istam quidem inflammationem cum omnium febrium inflammatoriarum communi causa conjunctam.

CAUSÆ PROCATARCTICÆ.

PLEURITIDEM inducere possunt varia; quorum præcipua, quæ quidem a medicis enumerantur, ad hæc tria generalia referri queunt.

I. OMNE valde frigidum corpori fatis diu applicatum, præsertim vero si homo jam aestuet vel sudore manet.

HUJUSMODI sunt, “ aër frigidus, per angustas rimas violenter actus in nudum corpus, “ ex labore vel igne prius valde aestuans (*c*);” idemque gelidus, inter anhelitus currendo excitatos, corpore jam nimis calefacto, inspiratus (*d*). Coelum post acre gelu subito aestuans (*e*). Ventus acerrime frigidus (*f*), ideoque imprimis Eurus Boreasque (*g*). Potus gelidus subito, magno haustu, corpore aestuante, ingurgitatus (*b*). Aliaque ejusmodi multa.

HINC clarissime patet, cur pleuritides frequentius faeviant vere, vel, ut dicit SYDENHAMUS,
“ anno

(*c*) Boerh. Aph. 881.
cap. I. § 12, p. 13.

(*d*) Trilleri de pleurit.

(*e*) Boerh. Aph. 879.

(*f*) Id. ib.

(*g*) Id. Aph. 881.

(*b*) Id. ib.

“anno inter ver et aestatem ambigente (i);”
 praefertim vero si “gelu acrius perseveraverit,
 “se in veris usque pomaeria longius exten-
 “dens, derepente autem calidior tempestas
 “succedat (k):” Cur hyeme quoque rigida (l);
 ac etiam autumnno (m), si subito frigidum ari-
 dumque coelum calidiori humidiorique tem-
 pestati successerit: Verbo, denique, patet,
 cur pleuritides sint plerumque epidemicae in
 omni tempestate valde frigida, ac simul ari-
 da; et apud eos qui in locis habitant editiori-
 bus et frigidioribus, ventisque ab oriente ac
 a septentrione spirantibus expositis, sint ple-
 rumque endemicae (n).

II. QUaecunque sanguinis velocitatem ac
 impetum cito et valde augment: Liquores,
 scilicet, spirituosi immoderate epoti; acria
 ac stimulantia nimis medicamenta assumpta;
 ira effraenata; et hujusmodi alia.

AD hoc probandum, satis fit medicorum il-
 lustrissimorum HOFFMANNI ac SYDENHAMI
 attulisse testimonia.

“NIHIL

(i) Syd. oper. p. 262. 263.

(k) Id. p. 257.

(l) Trill. de pleur. cap. 1. § 13. p. 13.

(m) Id. ib. Hoff. Med. rat. syst. tom. 4. par. 1.
 Sect. 2. cap. 6. § 19. Oper. tom. 2. p. 138.

(n) Huxam on fevers, p. 174.

NIHIL notius est," inquit HOFFMANNUS (*n*),
 "quam quod illi qui sanguinem in venis fo-
 "vent crassum et copiosum, vehementiori
 "subsequente incalescentia, sive per corporis
 "vehementiorem motum, laborem, &c. sive
 "per ingurgitationem vini meracioris, spiri-
 "tus vini (*o*), abusum sudoriferorum calido-
 "rum, et nimiam animi excandescentiam (*p*),
 "incurrunt in nostrum affectum, praesertim
 "si mox post talem motum frigus accedat,
 "et corpus denudetur."

DE medicamentis quidem stimulantibus,
 haec habet SYDENHAMUS: "Per accidens,"
 inquit, "aliis febribus quandoque supervenit
 "(pleuritis), cujuscunque demum generis eae
 "sint, &c. Hoc autem incommodi saepissime ex
 "intempestivo ac praepostero calidorum me-
 "dicamentorum usu infertur." Praesertim
 vero hoc accidere ait, ubi aegrotorum aetas ac
 temperamentum, annique tempestas inter ver
 atque aestatem ambigens, sua etiam symbola,
 ad hanc rem contulerint: illa enim tempesta-
 te febres in pleuritidem transire procliviores
 esse (*q*). E

(*n*) Hoffm. Diss. de pleur. et peripn. § 15. Oper.
 suppl. tom. 1. p. 801.

(*o*) Vid. etiam Hoffm. Med. rat. syst. tom. 4. par. 1.
 sect. 2. c. 6. § 7. Oper. tom. 2. p. 137.

(*p*) Vid. etiam Hoffm. ib. tom. 2. par. 2. c. 1. § 15.
 scholion. Operum, tom. 1. p. 190.

(*q*) Syd. Oper. p. 263.

III. ALII morbi,

HUJUSMODI sunt scabies retropulsa (*r*); ulcera antiqua consolidata (*s*); purpura chronica ob frigus externum retrocedere coacta (*t*); fudor criticus consuetus pedum, vel totius corporis, suppressus (*u*); alvus adstricta (*x*); alvi fluxus, vel simplex vel dysentericus, temere et praepostere cohibitus (*y*); menses vel inordinate, vel justo parcius, fluentes, vel etiam si ob aetatis rationem plane emanent (*z*); lochia retenta (*a*); haemorrhoidum suppressio (*b*); intermissio educationis consuetae sanguinis in corpore plethorico sanguineo-chole-
lerico;

(*r*) Hoffm. Diff. de pleur. et peripn. § 15. Oper. supplem. tom. 1. p. 802. Ejusd. Med. rat. syst. tom. 4. par. 1. sect. 2. c. 6. § 8. Op. tom. 2. p. 138.

(*s*) Hoffm. Med. rat. syst. tom. 3. sect. 1. cap. 8. § 22. Op. tom. 1. p. 337. Ib. tom. 4. par. 1. sect. 2. cap. 6. § 8. Op. tom. 2. p. 138. (*t*) Id. ib. (*u*) Id. ib.

(*x*) Hoffm. Diff. de pleur. et perip. § 18. Op. suppl. tom. 1. p. 802.

(*y*) Id. ib. § 15. p. 802. Med. rat. syst. tom. 2. par. 3. c. 6. § 15. Op. tom. 1. p. 262. Ib. tom. 4. par. 1. sect. 2. c. 6. § 8. Op. tom. 2. p. 138.

(*z*) Id. ib. § 7. p. 137.

(*a*) Van Swiet. in Boerh. Aph. 881. tom. 3. p. 17.

(*b*) Hoffm. ib. Item tom. 3. sect. 1. c. 9. § 14. Op. tom. 1. p. 343.

lerico (*c*); tormina, spasmi colici, hypochondriaci in abdomine et intestinis dolores, cum alvi vehementiori constrictione (*d*); febres petechiales, variolae, morbilli, praesertim male tractati (*e*); externae thoracis laesiones (*f*); pleuritis notha (*g*); aliaeque pectoris inflammationes (*h*); aliae denique febres (*i*) varii generis, imprimis autem inflammatoriae.

CAUSÆ PROEGUMENÆ.

IN omne hominum genus, adhibitis causis procatarctis fatis validis, faevit pleuritis (*k*). Maxime vero sunt in hunc morbum proclives qui habitus sunt robustioris firmiorisque,
denso

(*c*) Id. ib. tom. 4. par. 1. sect. 2. c. 6. § 7. Oper. tom. 2. p. 137. Item Diff. de pleur. &c. § 11. Oper. suppl. tom. 1. p. 800.

(*d*) Id. Med. rat. syst. tom. 4. par. 1. sect. 2. c. 6. § 8. Oper. tom. 2. p. 137.

(*e*) Id. ibid. p. 138. Item, Diff. de pleur. &c. § 15. Oper. suppl. tom. 1. p. 802.

(*f*) Scriptores de pleuritide, passim.

(*g*) Sennerti Opera, tom. 3. p. 311. col. 1.

(*h*) Scriptores de pleuritide, passim.

(*i*) Syden. Oper. p. 263. Van Swieten in Boerhaave Aph. 881. tom. 3. p. 17.

(*k*) Trilleri de pleuritide, Aph. gen. § 11. p. 3.

denso sanguine repleti (l); acidumque ideo raro eructant (m).

HINC plane apparet cur mares magis infestat hic morbus quam foeminas (n); juvenes, et ad virilem jam aetatem proVectos, quam senes (o); ex his vero macilentos et ficos, quam obesos et humidos (p); atque omnium equidem minime infantes (q).

PATET quoque cur eos prae reliquis aggrediatur qui duris corporis exercitiis atque laboribus diu affueverunt (r); eosque vel “ qui
“ duro atque impuro victui, ut fructibus le-
“ guminosi, carnibus et piscibus salitis et
“ fumo induratis, potuique spirituosiori, prae-
“ fertim vini spiritui, plus justo per vitam
“ sunt affueti :” — “ Venatores,” scilicet, “ mi-
“ lites, olitores, rusticos, cursores, aurigas,
“ equi-

(l) Boerhaave Aph. 879. Syden. Op. p. 262.

(m) Οἱ οὐρεγμιώδεις ἐ πάνυ τε πλευρίτικοὶ γίνονται. Hip. Aph. § 6. aph. 33. Vere autem ab Hippocrate hoc dictum esse testantur Boerhaavius, aph. 879. et Trillerus de pleuride, Aph. gen. § 15.

(n) Trill. de pleur. Aph. gen. § 12.

(o) Id. ib. § 13.

(p) Id. ib. § 14.

(q) Id. ib. § 16. Παῖδες ἥκιστα νοσέουσι πλευρίτιν. Aretaei de caus. et sign. morb. acut. lib. 1. c. 10. Edit. Boerh. p. 9. E.

(r) Boerh. Aph. 879. Syden. Oper. p. 262.

“ equifones, et id genus ex ima cavea alios (s):”
 vel “ qui lauto nimis artibusque coquinariis
 “ et convivalibus corrupto, hinc inde piperato
 “ variis aromatibus acribus condito, nimium
 “ crebro utuntur (t).”

Ad haec autem, verosimile videtur eos esse
 in hunc morbum adhuc procliviores quibus
 praeterea arteriolae intercostales sint angustio-
 res, magisque durae (u): certo saltem con-
 stat, magis esse pleuritidi obnoxios qui se-
 mel eam passi sint (x), vel quibus pulmones
 sint pleurae adnati (y).

P R O G N O S I S.

FINEM huic morbo imponunt vel fanitas,
 vel mors, vel alii morbi: quos tres pleuriti-
 dis eventus varia praenunciant. Horum vero,
 quae multa apud de praxi medica scriptores
 inveniuntur, pauca, eaque notabiliora, decla-
 rabo. Haec autem, praemissis quibusdam ge-
 neralioribus quae in hunc ordinem facile re-
 duci

(s) Trill. de pleur. Aph. gen. § 18. 19.

(t) Id. ib. cap. 1. § 10. p. 12. Boerh. Aph. 879.

(u) Boerh. Aph. 881.

(x) Trill. de pleur. Aph. gen. § 31. Hoffm. Med.
 rat. syst. tom. 4. par. 1. sect. 2. c. 6. § 11. Opera,
 tom. 2. p. 138.

(y) Trill. ib. Boerh. Aph. 881.

duci nequeunt, ad duas partes referri possunt; quarum prima includat ea quae aegrotanti sunt amica, bonumque moliuntur eventum; secunda, quae eidem infensa, mala parant multa, ac vitae etiam ipsi insidias struunt.

LATUS plerumque adoritur dextrum; rarius finistrum: Quando vero hoc obsidet pleuritis, et atrocior et diuturnior est, quam si in illo haereret malum (a). Sicca quoque pleuritis humidâ longe periculosior est (b).

In foeminas, imprimis autem uterum ferentes, acrius saevit quam in viros, pleuritis (c).

SENIBUS quoque perniciofa; atque iis quibus secundo jam tertiove recurrit (d).

QUANQUAM, pestilentiali febre excepta, vix ulla febris est, testantibus HOFFMANNO (e), TRILLERO (f), aliisque (g), quae adeo atrox fit ac pleuritis, hominesve tam cito jugulet; nihilominus tamen, si naturae opportune et mox ab initio idoneis remediis succurratur, nullus est ferme morbus cui facilius medetur, et qui crisin accuratius servat.

DIES

(a) Trilleri de pleur. Aph. gen. § 21. 22. p. 4.

(b) Id. ib. § 6. 7. p. 2.

(c) Id. ib. § 20. p. 4. Item Lomm. Med. obser. p. 125. (d) Lomm. ib.

(e) Med. rat. syst. tom. 4. par. 1. sect. 2. c. 6. § 10. Oper. tom. 2. p. 138.

(f) De pleur. Aph. gen. § 30. p. 6.

(g) Syden. Oper. p. 264. 267.

DIES quidem critici sunt ei plerumque quintus, septimus, nonus, undecimus, decimus quartus, vel tandem vigesimus (a).

“IN juvenibus,” inquit HOFFMANNUS (b), “et qui paulo vegetioris naturae, circa quartum plerumque diem sputum prodit cruentum, et septimo die morbus sponte sua per sudorem largum solvitur. In phlegmaticis et segnioribus, nec non ubi vitium pulmonibus infidet altius, undecimo, vel etiam decimo quarto die, morbi fit solutio, partim screatu, partim sudore, pulsu factio molliori, accedente somno placido et virium incremento. In imperfecta autem crisi criticis diebus etiam apparet sudor, sed non sufficiens, ideoque nec aegrum levat, nec morbum solvit. Et ubi symptomata durant ad vigesimum primum diem, metus est abscessus in pectore periculosi.”

DIEBUS autem criticis vehementius faevit vis morbi (c), omniaque in pejus ruere videntur; unde instantis mortis terror plerumque incutitur adstantibus: at medico perito bono est hoc ipsum augurio, si protinus a primo die facile

(a) Trill. de pleur. Aph. gen. § 26. p. 5.

(b) Med. rat. syst. tom. 4. par. 1. Sect. 2. c. 6. § 10. Oper. tom. 2. p. 138. Vid. etiam, tom. 3. Sect. 1. c. 15, § 8. Oper. tom. 1. p. 388.

(c) Trill. de pleur. Aph. gen. § 26. p. 5.

facile exspuerit aeger (*d*), si flavum sputo fuerit mistum, si sputum levaverit dolorem, neque aegre homo tulerit morbum; si bene respiraverit, neque siti vexatus fuerit, strepitumve in pectore inter spirandum fuerit auditum; si, ad haec, somnus, sudor, urinae, atque alvus probe se habuerint; totum denique corpus aequali se temperatum calore ac molle prae-buerit (*e*). Adhuc vero certius erit salutis praefagium, si, praeter haec, alia quoque boni indicia postea enumeranda non defuerint.

SIN autem omnia sint hisce contraria et opposita; si sputum multum intus in pectore strepat; si tristior sit aegri vultus, oculique colore auriginis imbuti sint; si antea probe exspuerit, nunc vero spueri cessaverit prorsus, pectoris autem dolor ne hilum quidem remiserit, immo etiam saevius urgeat; si pectus vehementer caleat, extremis multum frigentibus; si increscat dolor, utrumvis in latus cubet aeger, adeo ut supinum eum jacere necesse sit (*f*); praesertim autem si ad haec alia, postea memoranda, mali indicia sese ostenderint, in maximo aeger versatur periculo.

Signa

(*d*) Εν πλευρίτικοῖσι πύελον, ἢν αὐτίκα επιφαινήται ἀρχομένου βραχύνει. ἢν δ' ὕστερον επιφαινήται, μὴκυνται Hipp. Aph. § 1. Aph. 12.

(*e*) Lomm. Med. obs. p. 126.

(*f*) Lomm. Med. obs. p. 125. 126.

Signa quae boni sunt ominis.

Si sputa bona cito et facile exspuantur, et ad salutem tendere pleuritidem, et brevem fore ostendunt (g).

SPUTA autem bona varia sunt. Optimum vero quidem est, ut jam antea diximus, album, leve, et aequale; huic autem proximum est sputum flavo admodum mistum (h): subcruentum quoque, vel quod sanguinis non multum habeat commistum, sed quasi sanguinis striis solummodo sit coloratum, etiam ab initio, non est malum (i).

OMNIA denique sputa sunt optima quae prompte et facile rejiciuntur, et dolorem levant (k).

PLEURITICI quibus intra primum et quintum diem sanguis purpureus et floridus affatim, vel e naribus, vel ex vasis haemorrhoidalibus, vel in foeminis ex uterinis, profluxerit, servantur (l).

DIARRHOEA in morbi progressu superveniens, quando jam mitigata sint symptomata

F

acriora,

(g) Id. ib. p. 121.

(h) Id. ib. p. 122.

(i) Id. ib. p. 123.

(k) Id. ib. p. 124.

(l) Trill. de pleur. Aph. gen. § 35. p. 2.

acriora, utile est, perducitque ad salutem, testantibus VALERIOLA, PANAROLO, TRILLERRO, (m) MORGAGNO (n), aliisque plurimis.

OPTIMUM praebeant salutis indicium abscessus (o) pone aures obortos, et cocto albidoque pure repletos; itemque ad pedum talos, vel sub axillis, aut in alia corporis parte. Hoc frequenti experientia sibi compertum esse TRILLERUS (p) affirmat.

“RARISSIME, immo nunquam fere, moriuntur, quibus post venae sectiones dolor laterum in claviculas et omoplatas protenditur, aut in dorsum propagatur (q).”

Mali ominis signa.

CONTRA vero, malo sunt indicio sequentia: Sputum crudum et pituitosum, quanquam etiam albidum sit; viscosum quoque et rotundum; deterius autem est ac periculosius sputum ex virore valde pallidum, itemque spumofum, vel lividum, vel aeruginosum, vel vehementer

(m) Id. ib. § 28. p. 5.

(n) De sedib. et caus. morb. epist. 20. § 10.

(o) Omnes pleuritici quibus tales abscessus contigisse observavit Baglivus sanabantur. Prax. Med. lib. 1. c. 9. p. 51.

(p) De pleur. Aph. gen. § 39. p. 8.

(q) Id. ib. § 29. p. 5.

vehementer cruentum; immo etiam flavum, fit vel fanguine mistum vel sincerum, septimo die aut post, malum est: ut est etiam sincerum vel cruentum, vel flavum, etiam in initio, sic ut hoc tamen fit illo deterius. Omnium vero pessimum nigrum, ac praesertim si idem fit una etiam foetidum. Verbo, denique, omne sputum quo magis commistos, non inter se diductos ac distinguendos habeat colores, eo deterius est (*r*).

OMNIA autem sputa quo serius se ostendunt, quo difficilius educuntur, et majorem frequentioreque tussim movent, et quo minus levaminis dolori afferunt, eo sunt pejora (*s*).

SI pleuritis fit vehemens, sputum tamen nullum ejiciatur, periculosissimum est (*t*).

NONNUNQUAM tamen accidit ut sputum nullum omnino prodeat; at aegri nihilominus incolumes evadant, si lenis sit morbus, vel larga venae sectione, caeterisque legitimis remediis, cito et statim ab initio succurratur (*u*).

SPUTI suppressio periculosissimum (*x*): nec quicquam

(*r*) Lomm. Med. Obs. p. 122. 123.

(*s*) Id. ib. p. 122. 124. et scriptores de pleurit. passim.

(*t*) Lomm. Med. Obs. p. 126.

(*u*) Swan's Sydenham, p. 250. not. (*p*) De Haën Rat. medendi, tom. 1. c. 2. p. 12.

(*x*) Baglivi prax. Med. lib. 1. c. 9. p. 51.

quicquam in hoc morbo est, si MORGAGNO (*y*) fides tribuenda, quod magis accelerat mortem.

QUIBUS post quintum diem cruor niger, piceus quasi et viscidus, e naribus distillat, quamvis copiose, nec ullo est ipsis levamini, nec facile incolumes evadunt (*z*).

DIARRHOEA pleuriticis in principio morbi periculosissima, et plerumque lethalis (*a*); nisi forte ex contingenti primis diebus opportuna sit (*b*): in progressu autem, si critice succedat, salutaris (*c*).

QUIBUS per totum morbi decursum urinae non subidunt, malum (*d*). Quibus in morbi progressu urina tenuis copiose redditur, valde periculosum (*e*).

PLEURITICI, qui elapsis prioribus diebus, et neglecta prorsus legitima medicatione, venae praesertim sectione, nihil amplius mali perferunt, nihilque plane dolent, nisi quod
unum

(*y*) Morgagni de sed. et caus. morb. epist. 20. § 6. 23.

(*z*) Trill. de pleur. Aph. gen. § 36. p. 7.

(*a*) Trill. ib. § 27. p. 5. Bagliv. Prax. Med. lib. 1. c. 9. p. 53. *κακόν*. Hippoc. Aph. 16. § 6.

(*b*) Morgagni de sed. et caus. morb. epist. 20. § 10.

(*c*) Triller. ib. § 28. p. 5. Morgagni de sed. et caus. epist. 20. § 10.

(*d*) Trill. ib. § 25. p. 5.

(*e*) Hoffm. Diff. de pleur. et perip. § 19. Op. suppl. tom. 1. p. 802.

unum alterumve hypochondrium elevatum et praetumidum fuerit; hi, subita praeter opinionem metastasi facta, intra paucos dies, immo horas suffocantur (*f*).

SI dolor pleuriticus cum sputis biliosis sine ratione evanuerit, aegri in delirium incidunt (*g*).

SI delirium, convulsiones, tetanus, vel peripneumonia pleuritidi supervenerint, magnum adferunt periculum (*h*).

SI lateris dolor neque sputorum excreatione, neque alvi dejectione, neque sanguinis missione, neque fomentis, medicamentis, victusve ratione conquiescat, et tamen non lethaliter affectus aeger videatur, in suppurationem jam inflammationem ire judicandum est (*i*).

SI dolor lateris cesset, febris autem nihilo minus faeviat, immo fiat vehementior, cum pulsu parvo, intermittenti, frequenti, sudore frigido, malum est: duodecim enim circiter horis a doloris cessatione elapsis, delirabit aeger, et paulo post spiritum edet supremum; inflam-

(*f*) Trill. de pleur. Aph. gen. § 37. p. 7.

(*g*) Riverii Oper. p. 250. col. 2. Hipp. Prorrh. lib. 1. § 97. edit. Foesian. p. 75.

(*h*) Lomm. Med. Obs. p. 124.

(*i*) Sennerti Oper. tom. 3. p. 313. col. 2. Lomm. Med. Obs. p. 127.

inflammationem enim in gangraenam jam terminasse haec indicant signa. Hoc HIPPOCRATIS effatum ter in xenodochiis verum se observasse, ait BAGLIVUS (k).

MEDENDI RATIO.

HISCE jam omnibus, quantum tempus nostrum ac vires atque hujus instituti ratio sinebant, agitatis, pleuritidis curandi methodus sola restat: quam quidem, quia nil novi habemus, et quia a quamplurimis, iisque peritissimis, accuratissime tractata est, leviter solummodo attingemus. Isti vero qui hujusce morbi curationem plenius ac uberius tractatam velint, ad SYDENHAMI, HOFFMANNI, BOERHAAVII, HUXHAMI, TRILLERI, aliorumque de pleuritide nota omnibus scripta, confugiant.

QUAE autem a jam dictis medicis de hac re dicta sunt, ad quinque has indicationes curatorias commode referri queunt.

PRIMA

(k) Baglivi de Prax. Med. lib. 1. c. 9. p. 53.

PRIMA est indicatio, Ut sanguinis momento, inflammationisque incremento, obviam eatur.

II. UT Sanguis diluatur.

III. UT lateris affecti vasa mollia laxaque fiant.

IV. UT sputi excretio promoveatur.

V. UT quae aegrum valde molestant, et periculum, ni cito levata fuerint, minitantur, quam primum vel tollantur vel leviora fiant.

DE his quidem singulis eodem quo posita sunt ordine pauca hic dicenda.

PRIMA INDICATIO. *Ut sanguinis momento, inflammationisque incremento, obviam eatur.*

Huic quidem indicationi ante omnia inferviunt, imo, Venae sectio; 2do, Cucurbitulae, ante summa cute incisa, ad latus dolens applicatae; 3tio, Vesicatoria; 4to, Clysmata; 5to, Omnia denique quae ad aestum quo flagrat aeger temperandum, magisque tolerabilem reddendum valent.

I. VENAE SECTIO. Omnes fere consentiunt medici sanguinem in hoc morbo mitti debere, idque copiose: hancque sanguinis missionem primarium esse, immo, ut dicit TRILLERUS,
Herculeum

Herculeum remedium, quo praetermissio, caetera parvi ducenda sunt. Quid vero de venae sectione peritus ille medicus dicat, audiamus : “ Haec est,” inquit, “ a qua sola, sola inquam, “ omnis pleuriticorum salus pendet. Hac e- “ nim mox ab initio mali sat cito, crebro, et “ large administrata, omnis ferocientis morbi “ vis illico perit, et malum in ipsa quasi her- “ ba penitus suffocatur. Eadem contra aut “ temere neglecta prorsus, aut parce nimis et “ timide instituta, aegrotorum salus de exigua “ spe pendet, et in summum vitae discrimen “ adducitur, licet omnis medicamentorum ap- “ paratus in subsidium advocetur (1).”

NEQUE aetas, vel sexus, vel temperamen- tum, venae sectionem omnino prohibent. In omnibus enim pleuriticis mittendus est san- guis. Copia vero sanguinis detrahenda, pro morbi saevitia aegrique viribus, major erit mi- norve. Omnino enim cavendum est, ne, si nimia copia mittatur, sputum subito cesset, aegrique vires labefactentur; vel, si nimis par- ce profundatur, nihil levaminis percipiat ae- ger, et omnia in pejus ruant.

ÆGROTANTIS igitur virium ac morbi sae- vitiae ratione habita; si simul ac morbus in- vaferit medicus advocetur, sanguinis missio- nem statim jubeat largam ac copiosam. Par-

canis

(1) De pleur. cap. 2. circa initium.

cam enim venae sectionem, in atroci hoc morbo, plus quam larga, nocere, testatur TRILLERUS. Et ante omnia annitendum est, ut prima haec sanguinis missio omnium sit copiosissima, quo citius vis morbi subjugetur, et postea largae venae sectiones, quae sputum fisterent, vitentur. Quidam etiam ad animi usque deliquium sanguinem mitti jubent, idque ex HIPPOCRATIS, GALENI, AETII, aliorumque non ignobilium medicorum praescripto, faciunt. Quod quidem in genere facere, medicis magis cautis, inter quos TRILLERUS, minime placet: “Rarius enim,” ait peritus iste medicus, “et non nisi urgente summa necessitate, et nimia morbi atrocitate, audendum, ne vis vitalis in aegroto nimium labefactetur, sputisque coquendis et egerendis, aliisque crisi- bus salutaribus promovendis, impar hoc modo reddatur (m).

SANGUIS vero, eodem jubente, fluere debet, donec arteriarum pulsus languescere et vacillare quasi incipiant (n).

SANGUINIS autem detrahendi quantitas pondere ac mēnura, ut ex jam dictis satis constat, certo definiri non potest. Ratio vero, quam frequenti experientia TRILLERUS (o) comprobata dicit, haec est: Prima venae

G sectione,

(m) De pleur. cap. 2. § 4. p. 34.

(n) De pleur. c. 2. § 42. p. 36.

(o) Ib. § 41. p. 35.

sectione, quae semper copiosissima, a x. aut xiv. usque ad xv. sanguinis uncias educit; altera ab viii. ad x. uncias; tertia denique aut quarta, si neceffe, ab unciis vi. aut vii. ad viii.; ita ut summa sanguinis quantitas quatuor vicibus detracti intra xxx. uncias, aut denique xl. constaret.—Rarissime vero accidisse dicit, ut, etiam dura imperante necessitate ut ter quaterve vena secaretur, ultra uncias viginti et quatuor aut sex adscenderet.

SYDENHAMUS (*p*) eadem fere ac TRILLERUS de sanguinis missione praecipit. Statim accersitus sit, sanguinis decem circiter uncias mittendas jubet: et eodem ipso die, si dolor vehementer urgeat, eandem quantitatem profundi curat, vel saltem die secundo, ut etiam tertio die: atque sic quidem ad quartam usque vicem, continuis quatuor diebus, nisi prius aeger convaluerit, venae sectionem repetit; ubi scilicet dolor atque alia morbi mala valde faeviunt. At vero si morbus sit levior ac remissior, vel aegri vires sint dejectae, sanguinis missionem, jam bis celebratam, non deinceps repetit, nisi die uno aut altero inter singulas vices interjecto. Raro tamen, ait, sibi observare contigisse “pleurisin confirmatam in adultis minori quam quadraginta circiter unciarum sanguinis impensa sanatam: licet

“ licet in pueris femel tantum aut bis fecuiffe
 “ venam ut plurimum fuffecerit.” His vero
 addit: “ Neque, quae nonnunquam supervenit,
 “ diarrhoea, repetendis jam dictis venae fec-
 “ tionibus obicem ponit; quae quidem ipfa
 “ hac methodo brevi fiftetur, etiam non ad-
 “ hibitis medicamentis restringentibus (q).”

SANGUINEM affatim mitti per primos tres
 quatuorve morbi dies, jubet peritiffimus
 PRINGLE (r), nifi antea fputum prodierit; quo
 quidem prodeunte, vel omnino omitti venae
 fectionem praecipit, vel adeo faltem adhiberi
 ut pectori opituletur, nullum tamen damnum
 vel fputo vel vitae viribus adferat. Addit
 praeterea, quod femper plusquam quadraginta
 unciarum detractioe, quam SYDENHAMUS
 ftatuit, militibus fuis pleuritide laborantibus
 opus effet, nifi fanguinis miffioni veficantia,
 de quibus poftea dicetur, in auxilium advo-
 casset.

Pro generali vero ac certa fere norma, ju-
 ftam fanguinis copiam jam effe detractam, du-
 cendum eft, “ quando pulfum rythmi aequali
 “ et constanti tenore placide decurrunt, late-
 “ ris dolores mitefcunt, respiratio liberius it,
 “ fputa cocta, pinguia, et fubflava prodire cum
 “ levamine incipiunt, et quando potiffimum
 “ aegroti

(q) Oper. p. 266.

(r) Observations on the difeafes of the army, p. 145.

“ aegroti de dolore ingravi scapularum, cla-
 “ vicularum, aut etiam dorsi simul vehemen-
 “ tius conqueruntur, quod plerumque post
 “ primam mox, aut etiam post alteram, aut
 “ tertiam denique venae sectionem, contin-
 “ gere solet, ut accurate observavimus (s).”

CUM autem pleuriticorum sanguis sit ple-
 rumque spissus et viscosus, adeo ut difficilli-
 me saepe, vel etiam omnino non, e vulnere pro-
 fluat, non raro necesse est, si sanguinem ju-
 sta copia educi velimus, ut brachia prius pan-
 nis laneis calidis sedulo fricentur, et spongia
 aqua calida imbuta foveantur, pedesque calido
 lavacro immittantur; ut vulnus praeterea la-
 tum ac profundum infligatur; aegerque bra-
 chium ac pollicem agitet, frequenter tussiat,
 et, si possit, sternutet.

UT vero animi deliquium vitet, quod tam
 subita ac copiosa sanguinis missio necessario
 fere induceret, in lectulo jacere debet aeger
 dum sanguis profunditur.

MULTUM autem agitata est quaestio, qua
 potius ex corporis parte sanguis mitti debet.
 TRILLERUS ex lateris affecti brachio prima vi-
 ce sanguinem mitti jubet; secunda vero, vel
 ex eodem brachio, vel, quod melius sibi sae-
 pissime successisse testatur, ex ejusdem lateris
 pede; ubi vero post alteram venae sectionem,
 malum

(s) Trill. de pleur. c. 2. § 43. p. 37.

malum nondum penitus filet, tum tertiam adhuc, immo et quartam, si opus fit, vel ex eodem vel ex opposito pede, insitui praecipit. Quare autem sic in hoc vel in illo pede venam incidi suadeat, nequaquam intelligo, cum ad hoc consilium firmandum, non solum non luculenta exempla, sed omnino etiam nulla, adferat; et ipse duas historias (t) conscripserit, quae sanguinem e lateris affecti brachio educatum, multo magis quam e lateris oppositi pede, ad morbi sanationem conducere probant.

MAGIS autem prodesse venae brachii lateris affecti quam oppositi incisionem, probare videtur historia ab egregio juvene, mihi que charissimo, GULIELMO WITHERING, qui paucas abhinc hebdomadas lauream Apollinarem in hac Academia merito adeptus est, accepta.

JUVENI, qui pleuritide saevissima et utrumque latus aequè vexante laborabat, advocatus, sanguinem statim brachio dextro ad decem circiter uncias eduxit. Quo factò, quomodo se haberet ab aegro quaesivit. Continuo ille, nullum se fere in dextro jam latere dolorem sentire ait; latus vero finistrum aequè adhuc ac antea dolere. Subitum hoc levamen in latere cujus brachii venam inciderat animum accendit, ut periculum faceret quid valeret sanguis de altero quoque brachio detractus. Sinistri
igitur

(t) De pleur. cap. 5. Ægrot. 3. et 4. p. 80.

igitur brachii venam pertudit, ex eaque sanguinem profluere sinebat, donec ab aegro sciverat hujus quoque lateris dolorem adeo mitemscere, ut, qui paulo antea vix prae dolore spiritum ducere quivit, nunc facile et sine magno dolore spirare posset.

2. CUCURBITULÆ. Praeter vero generalem venae sectionem, ex ipso quoque latere affecto sanguinem missum prodesse a quibusdam dicitur: Nec, ut mihi quidem videtur, immerito; nam et citius et plenius sanguinem hoc modo a parte inflammata detrahi posse videtur, et in aliis inflammationibus hanc sanguinis ex loco parti affectae proximo missionem multum levaminis afferre testantur de re medica scriptores. CELSUS solummodo sanguinem per cucurbitulas adimi jubet, quando vel venae sectione non opus est, vel hoc remedium adhibitum non prodesset. “Remedium” enim ait “est magni et recentis doloris, sanguis missus. At, si ve levior, si ve vetustior casus est, vel supervacuum, vel ferum id auxilium est, confugiendumque ad cucurbitulas est, ante summa cute incisa (a).”

Sic quoque ab HUXHAM commendatur hoc remedium, quando arteriarum pulsus aegri-
que

(a) De med. l. 4. c. 6, edit. Almoloveen, p. 209. l. 30.

que vires non amplius sanguinis ex majori vena detractionem facile sustineri posse indicant; pectoris tamen affectus adhuc maneant valde molesti (*b*). Ab AETIO (*c*) quoque laudantur cucurbitulae post septimum diem, si dolor non antea abierit, lateri, scarificata prius cute, affixae.

3. VESICATORIA. Magnam vim possident vesicatoria, et ad dolorem sedandum, et ad febrem compescendam. Horum vero usum non praecipit TRILLERUS (*d*), nisi ubi repetitis jam aliquoties venae sectionibus, restat adhuc insignis spirandi difficultas, vel magis augetur. Tum vero duo vesicatoria vel femoribus, vel tibiis ex BAGLIVI consilio, derivationis causa, applicanda jubet. Unde sputorum fluxum statim promotum, spirandi molestiam levatam, alvique profluvium, si adfuerit, feliciter sedatum, bis aut ter post BAGLIVUM, se ait observasse. Non semper vero ex voto successisse dicit.

PLURIMA quoque de horum damno in principio morbi, priusquam sanguis saepius fit

(*b*) Essay on fevers, &c. p. 197.

(*c*) Aëtii Tetrab. 2. ferm. 4. c. 68. Vide etiam Riverii Oper. p. 251. col. 1.

(*d*) De pleuritide, cap. 4. § 6. p. 54.

fit missus, apud auctores inveniuntur. Si vero medico praeclaro PRINGLE (e) credendum, non adeo extimescenda sunt; immo potius quam primum in aegrotantium auxilium advocanda. Ait enim eximius ille medicus, nunquam se quicquid incommodi percepisse ex vesicantibus statim post primam venae sectionem applicatis; e contra vero, citius certiusque levamen: Immo prius saepe emplastrum epispasticum se lateri admovisse, quam vena pertunderetur; fat habens, si antequam stimulandi vires ederet, sanguis proflueret: Vesicatoria autem quae adhibuit manus palmam una cum digitis magnitudine aequare, semperque se supra partem dolentem applicare.

NEQUE vero dolorem solummodo febremque sedant vesicatoria: verum etiam sputum quoque, ut jam dictum est, promovent; idque sive trunco, sive extremis corporis, adfigantur.

4. CLYSMATA. Huic quoque intentioni bene inserviant clysmata ex aqua hordei et oxymelite sive melle puro, cum una aut duabus drachmis nitri, vel ex solo lacte cum saccharo parata, tepide injecta. Vasa enim abdominalia emolliunt laxantque, sanguinique
adeo

(e) Obs. on the diseases of the army, p. 146.

adeo a pectore derivando viam sternunt; pars quoque eorum absorpta sanguinem diluit; et sopiunt fortasse quadantenus genus nervosum: unde etiam aestum febrilem minuunt, et blandum plerumque somnum provocant.

HAEC autem singulis aut alternis minimum diebus, si vires aegroti sinant, morbique faevitia postulet, sub vesperam, quando dolores laterales semper fere magis ingravescunt, sat larga copia tepide injici jubet TRILLERUS (*f*).

PURGANTIBUS quoque tantum a quibusdam medicis tribuitur, ut dubitent haecne an venae sectio potius praemitti debeat. Haec vero in principio morbi damnant BAGLIVUS, TRILLERUS, caeterique fere omnes medici recentiores. Prior de hac re haec habet: “Alvi fluxus,” inquit, “valde perniciosus est in morbis pectoris, praesertim acutis; cave igitur ne purgans medicamentum in pleuritide exhibeas: cave pariter ne copioso clysterum usu alvum nimis fluidam reddas; nam exacerbato morbo sputum supprimitur, et symptomata ingravescunt cum pernicie aegrotantis (*g*).” Deinde et haec et diaphoretica simul damnat: “In principio,” ait, “pleuritidum qui purgantia exhibent, sputum
H “suppri-

(*f*) De pleur. c. 4. § 4. P. 51.

(*g*) Baglivi Prax. med. lib. 1. c. 9. p. 53.

“supprimunt, febrem et morbum adaugent:
 “e contra, qui fortia diaphoretica in prin-
 “cipiis exhibent, vel deliria vel alia gravissi-
 “ma capitis mala producunt (b).”

5. CÆTERA QUÆ AD ÆSTUM TEMPERAN-
 DUM VALENT. Praeter haec vero jam lauda-
 ta, cavendum est ne quicquam aegro adhi-
 beatur, vel obtingat, unde aestus febrilis
 fumat incrementum; contra vero, summo-
 pere annitendum, ut nihilo egeat, quod ad
 hunc minuendum sit idoneum. Ideoque,
 “amplo conclavi tenendus, quo multum et
 “purum aërem trahere possit; neque multis
 “vestimentis strangulandus, sed admodum
 “levibus tantum velandus est (i).” Neque
 stragulorum et culcitrorum copia obruendus
 est aeger. Frequentius quoque per diem a-
 periendae sunt nonnihil cubiculi fores vel e-
 tiam fenestrae, quo aër purior et frigidior
 paululum intromittatur: hoc tamen caute
 faciendum; neque temere, nisi quando sudum
 fit et clementius coelum, audendum.

MAXIMI vero esse momenti, ut aegri non
 nimis exaestuënt, testatur SYDENHAMUS: qua-
 propter liberum hoc morbo laborantibus se
 facere ait, ut lecto quotidie eximantur, per-
 que

(b) Id. ib. p. 154.

(i) Cels. de medicina, lib. 3. c. 7. p. 134 30.

que aliquot horas, prout vires suaferint, e lecto maneant: Quod quidem tanti esse ait in hoc morbi genere, ut si aeger lecto jugiter affigatur, neque haec tam larga sanguinis evacuatio, neque alia remedia, utcunque refrigerantia, ad morbum perdomandum vel minimum aliquando proficiant (*k*).

HAEC igitur omnia, caeteraque hujusmodi, sedulo curanda.

SECUNDA INDICATIO. *Ut sanguis diluatur.*

AD hanc indicationem implendam, statim post primam venae sectionem, potus tenuis tepidusque propinandus, quem affatim quotidie bibat aeger: utpote serum lactis, decoctum hordei cum melle, aceto, vel oxymelite simplici. Haec vero saepius danda parva simul copia, adeo ut aeger semper fere tenuis cujusdam potus aliquid bibendo sit occupatus, neque unquam siti, cui non quadantenus morigeratum sit, diu simul vexetur. Nitri quoque paululum sit potui saepe additum. Victu denique utatur tenui et forbili: abstineat vero ab omni carne, et ab omni victu crassiore vel pinguiore, dum adhuc viget morbus. Contra vero, ei concedere licet ptisanam ex hordeo, oryza, vel avena; juscula quoque tenuia, im-

primis

(*k*) Syd. Oper. p. 266.

primis vero carnis vaccinae, vel theam, quam vocant, ex eadem carne confectam. Dandae sunt quoque uvae passae majores minoresve, pruna sylvestria, damascena, cerasa, et similia subacida et eupepta: item, herbae molles, et, ut ait TRILLERUS, sapore nativo praeditae, scilicet, lactuca, endivia, acetosa, beta, brassica, spinachia, cichoreum, et hujusmodi alia.

TERTIA INDICATIO. *Ut lateris affecti vasa mollia laxaque fiant.*

MULTA in hunc scopum adhibentur, et apud auctores laudantur, fomenta, cataplasmata, et emplastra; quorum nonnulla futilia ac inania, plurima supervacua, quaedam vero minime spernenda. Ut simplicissimum et tamen optimum lateris fomentum, commendat TRILLERUS (a) oleum amygdalarum dulcium, vel oleum lini; vel, quod sibi maximum semper usum praestitisse ait, linimentum a BOERHAAVIO fere commendatum, ex semuncia nempe sacchari saturni, uncia una aceti vel rutacei vel simplicis, et binis unciiis olei infusi rosarum vel liliorum alborum paratum. Ejusmodi fere unguentum praescribit SYDENHAMUS. Latus dolens, decocto seminum lini, foenugraeci, et florum chamaemeli, lacte et aqua parato, fovere praecipit HUXHAM (b):

quo

(a) De pleur. c. 4. § 5. P. 52.

(b) Essay on Fevers, &c. p. 252.

quo rite ac diu fatis adhibito, emplastrum deinceps ex una drachma opii, camphorae scrupulo uno, et emplastro e cymino confectum, optimo cum successu plerumque se applicare dicit; humida vero fomenta semper sic praeire debere (c).—Hujusmodi autem remediorum quaecunque usurpare libuerit, semper quam calidissime ac fieri possit applicanda sunt; latusque praeterea dolens pannis laneis calidis, quo diutius duret calor, bene obtegendum est. Atque hoc quidem, vel simili modo, pars lateris dolens humidis, oleosis, aliisque, calide applicatis, perpetuo fere est inungenda, fricanda, et fovenda.

QUARTA INDICATIO. *Ut sputi excretio promoveatur.*

SI simul ac morbus invaserit medicus accersitus sit, statimque a copiosa sanguinis missione, caeterisque remediis jam antea memoratis, curationem inceperit, morbum saepe in principio jugulatum terminatumque videt, nullis omnino sputis prodeuntibus; ut peritissimi practici passim testantur. Immo quidem, si celeberrimo DE HAEN credendum est, nunquam nos inflammationis pectoris sollicitudo angere debet, etsi nihil exspuant aegri: perinde

(c) Ib. p. 253.

perinde enim ait semper fuisse, quantum ex propria praxi didicerat, quam evacuandi viam natura capefferet, modo respiratio emendaretur: numerumque eorum, qui vel pleuride, vel peripneumonia affecti, sive alvo sive utroque iudicati convaluerunt, eorum superasse quos sputa iudicarunt (*d*).

CUM vero tanti esse momenti apud omnes fere medicos in hoc morbo existimetur sputum, nequaquam negligendum videtur; sed neque temere, vel solícite nimis, nisi eo naturam egere ex signis probe perspectum sit, ut prodeat adnitendum. Naturae vero molimina sedulo sunt observanda, cauteque iis ac diligenter obsecundandum.

QUARE in principio morbi, statim post primam sanguinis missionem, leniter tantum sputum promoventia propinanda: Qualia sunt infusum theiforme salviae, veronicae, tussilaginis, radicis glycyrrhizae, vel aliorum huiusmodi; cuius saepissime per diem paululum bibat aeger. Item, mixtura pectoralis a TRILLERO laudata, ex aquis distillatis veronicae, tussilaginis, salviae, foeniculi, aut aliis similibus, cum lapidibus cancrorum, antimonio diaphoretico, lapide prunellae, extracto corticis cascarillae aquoso, oxymelite simplici, vel ejusdem generis aliis confecta. Mixturae autem huiusmodi

(*d*) De Haën Rat. Med. vol. 1. c. 2. p. 12.

modi usu aestum temperari, respirationem allevari, tussim mitigari, et pectoris expurgationem sensim promoveri, crebro animadvertit TRILLERUS (e). Haec autem mixtura singulis fere horis cochleari mensura sumenda.

QUANDO vero sputa prodire inceperint, uti naturae ad morbum sanandum molimen duccenda sunt; ideoque sedulo cavendum, ne venae sectione, vel alia ulla evacuandi via, ab incepto opere natura divertatur.

FERE omnia quidem sub prioribus indicationibus praescripta medicamenta, ad sputum promovendum, si id saltem ipsa natura molitur, conspirant: imprimis vero vesicantia.

PRODEUNTIBUS autem jam sputis coctis, maturis, pinguibus, et subflavis, ut bene ac facile exspuitio progrediatur, artis auxilium advocandum. In hunc scopum aegro propinat PRINGLE (f), singulis horis, poculum mediocre ejusmodi ex quo theam, quam dicunt, bibimus, infuso repletum tepido, iisdem materiis ex quibus decoctum pectorale conficitur parato, omni cujus librae additur oxymelitis simplicis uncia una. Huic vero quinta vel sexta quaque hora addi jubet oleosae cujusdam mixturae cochlearia quatuor. Eadem fere praecipit TRILLERUS.

SPUTIS

(e) De pleur. cap. 4. § 2. p. 50.

(f) Obs. on the diseases of the army, p. 148.

SPUTIS autem, quae facile antea ac copiose ejiciebantur, cito nimis cessantibus, vel non satis jam copiose prodeuntibus, danda sunt saepius per diem oxymel scilliticum, vel lac ammoniaci. Aquae quoque calidae, vel folius, vel cui parva copia addatur acetum, vapores, inter spirandum, inhaurire debet aeger. Vesicantia quoque hoc in rerum statu optimum usum praestant.

QUANDO in morbi decremento sputa adeo spissa sunt atque crassa, ut aegre, et non nisi magno tussiendo molimine, e pectore educantur, vomitoria nonnunquam auxilio fuisse testantur PRINGLE (g) aliique: caute tamen adhibenda (h).

QUINTA INDICATIO. *Ut quae aegrum valde molestant, et periculum, ni cito fuerint levata, minuantur, quam primum vel tollantur vel leviora fiant.*

PRAECIPUAM aegris hoc morbo detentis molestiam adferunt, praeter febribus communia pathemata, lateris dolor, tussis, et inde exortae vigiliae.

SANGUINIS autem missio et generalis et topica, vesicatoria, diluentia, fomenta, et id genus alia, dolenti lateri applicata, expectorantia,

(g) Obs. on diseases of the army, p. 149.

(h) Vid. Trill. de pleur. cap. 3. § 8. p. 46.

rantia, caeteraque ad morbum ipsum funditus evertendum jam proposita auxilia, aequè strenue, ac ipsi pleuritidi, hisce quoque quae ex ea proveniunt molestiis, si rite ac legitime subministrantur, obviam eunt. At vero si mala jam dicta, quanquam haec omnia sedulo ac prudenter adhibeantur, miserum tamen aegrum saevius nihilominus cruciari non desinant; opiata illico, sed tamen caute, in auxilium sunt advocanda.

QUONIAM vero longo jam nimis sermone vestra tempora, lectores, moratus sum, de his nihil amplius addam. Vos autem qui cujuscumodi potius opiata in hunc scopum adhibenda, quando et quomodo aegris praebenda, aveteis cognoscere; et quis qui non novit, avere non debet ut tandem cognoscat! ad RIVERIUM (*i*), HOFFMANNUM (*k*), TRILLERUM (*l*), HUXHAM (*m*), et PRINGLE (*n*), confugiatis oportet. Atque de pleuritide haec haecenus.

HIC vero non dubito fore plerosque, qui, cum tantopere a medico illo Virginienfi TEN-

I

NENT

(*i*) Oper. p. 251. col. 2.

(*k*) Med. rat. syst. tom. 4. p. 1. Sect. 2. c. 6. § 5.

Op. tom. 2. p. 140.

(*l*) De pleur. c. 3. § 7. p. 46.

(*m*) Essay on Fevers, &c. p. 196. 254.

(*n*) Obs. on diseases of the army, p. 149.

NENT laudentur radice feneca ad hunc morbum debellandum vires, valde mirentur ne unum quidem de ea me dixisse verbum. Verum, lubenter confiteor, consulto hoc remedium omisi: quae enim de eo idem testatur scriptor, adeo non omnium fidem sibi vindicasse videntur, ut pauci admodum radice feneca usum in pleuritide curanda usurparunt: quapropter nullus fere, quod sciam, illo excepto, ea nobis scriptis suis dedit quae sibi, de hoc medicamento, usu erant comprobata. Quanquam igitur practicum quorundam, mei familiarium, de egregiis huiusce radice ad pleuritidem fugandam viribus saepius audivi testimonia: attamen quia pauca sunt, neque propria mihi experientia quicquid suppediat, quae vero medicus ille supra memoratus testatur satis nota sunt omnibus; non opere fore pretium existimo, si de hac re plura dicerem, cum nil novi habeam nec certi.

F I N I S,

sunt laudantur radices tenax ad hanc mor-
 bum debellandum vires, valde mimentur ne u-
 num quidem de ea me dixisse verbum. Ut
 tum, subter, conitator, consulto hoc reme-
 dium omnia, quae erant de ea idem testantur
 scriptor, adeo non omnibus librum sibi vindi-
 cante videntur, et pauci admodum radices se-
 rex alium de pleuritide curanda inuenerunt;
 quapropter nullis tunc, quod sciam, illo ex-
 cepto, ea vobis scriptis suis dedit, quae sibi de
 hoc medicamento, nisi erant composita,
 Quaedam igitur praefatorum quorundam
 me familiarium, de egrae huiusmodi radices
 ad pleuritidem trigridam vobis scripsit an-
 tiqui testimonio, atamen pauci sunt, ac-
 que propria multa experientia quicquid super-
 dicit, quae vobis medicis illis super narratis
 testantur satis nota sunt omnibus; non opere
 hoc praeter examine, si de hac re plura di-
 scere, cum illi non habent nec certi

